in Super Retia nimis Stricta ac alia ingenia Sive instrumenta quacun-
:que Nociva Circa Preservationem Piscium ubicunq locorum per mare aut
Flumina publica Portus Rivos aquaeductus Seu crecas quascunq
per provincias et territoria de Mary Land. et Pensilvania in America
predict. ac partes Maritimas eorundem et eisdem adjacentes quascun-
:que infra Jurisdictionem predictam Maritimam ubicunq locorum
per aquam occupata Sive Exercitata ac Exercitatores & occupatores
eorundem juxta Jura Statuta Leges ordinationes et Consuetudines
predict. puniendum Corrigendum et reformandum Sententias que e
Decreta quacunque Fulminandum promulgandum & interponendum
eaque Executioni demandandum cum cognitione & Jurisdictione
quarumcunque aliarum Causarum Civilium & Maritimarum
que Inter Maris Seu quae mare ~~vel~~ Maris per Transitum Sive passagium
aut Iter Navale Sive Viagium Maritimum vel Jurisdictionem ma-
:ritimam Maritimam supra predictam Seu Loca vel limites Dictae dominiae
Nostrae Regiae Sive Admiralitatis predict. & Cognitionem antedict.
et alia quaecunque Expedita vel Expedienda quovismodo concernunt
aut respiciunt Etiam cum potestate procedendi in eisdem juxta Jura
Statuta Leges ordinationes & Consuetudines predict. et antiquo usitata
tam Ex officio mero mixto vel promoto quam ad alicujus partis
instantiam prout Casus Exiget & Expediens visum fuerit Etiam
cum Cognitione & decisione de Wreco Maris Magno Seu parvo
ac de morte Submersione & Visu Corporum Mortuorum quorum-
:cunq personarum in Mare vel Fluminibus publicis portubus aquis
dulcibus Seu Crekis quibuscunq infra fluxum & refluxum Maris
& Aquae ad plenitudinem per dicta provincias & Territoria de
Mary Land & Pensilvania in America predict. ac partes maritimas
eorundem et eisdem adjacentes quascunq vel alibi infra Jurisdic:
:tionem Maritimam predict. qualitercunq interfectarum Siv:
Submersarum aut interficiendarum Seu Submergendarum Sive
Murdratarum vel murdrandarum aut Aliquo modo alio
(ibidem